ex regestri ordine ac admissione officii Iudicialiter condemnavit

PIERZCHALA LUCRUM

Super citationem literalem Castren. Capitan. Branscen. tenoris talis Franciscus Ioannes in Kloczow Lesnowolski Capitaneus Branscen. etc. Tibi Nobili Iozepho olim Alberti Pierzchala ex omnibus bonis tuis uxore Regio mandamus ut in terminis querelarum Feria secunda datam et positionem praesentis citationis proximius in Curia Regia B: celebrandis personaliter et peremptorie compareas ad instantiam Nobilis Ioannis Pierzchala patris sui germani qui te citat ideo quia tu in contrarium Iurium et libertatum regni quibus Thelonea in Palatinatu Podlachiae sunt sublata ausus es ab eodem actore in via libera bonorum Pierzchaty siliginis cassulas decem quinq. avenae cassulas hordei cassulas quinq. in usum cuiusdam Thelonei iniusti et inusitati recipere et extorquere prout de facto recepisti et extorsisti per quod penam mille Marc. succubuisti ad qua decernenda una cum restitutione praefati et exacti Thelonei citaris Iudicialiter sis responsurus et terminu. attent. datum in curia Regia Bran. Feria secunda Festum Exaltationis Sancti Crucis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo cuius citationis copiam sigillatam minister terrestris regni generalis P. Baltazar Prosienski ab una integra ante terminum praesentem septimana in bonis citati propriis posuisse publicasseq. recognovit memoratus actor supra scriptu. citatum ad officium praesens per ministeriale Regni Generale N. B: Prosienski ultra iuris forma. tribus quatuor clamatu. et non comparente in lucro suo pro toto ex Regestri ordine ac admissione officii iudicialiter condemnavit

SOKOLOWSKI LUCRUM

Super citationem literalem Castrensem Capitan. Branscensem tenoris talis Franciscus Ioannes de Obory in Kloczew Lesnowolski Capitaneus Branscensis etc Tibi Nobili Alberto olim Mathei Jamiotkowski de Jamiotki heredi ex omnibus bonis tuis uxore Regio et nostra capitaneali authoritati coram officio nostro Castren.